

conpræsbiterum paulinum. & omnes qui tua præsentia in dnō
perfruuntur germano salutamus affectu;
Explicit epistula scī augustini ad paulinum episcopum;

XVI INCIPIT EPISTULA SCĪ AUGUSTINI AD PROBAM UIDUĀ
DE MODO ORANDI.

Augustinus epūs seruus xpī. seruorumq; xpī. relegiosae famulae
dī probae. in dnō salutem. petisse te. & promisisse me re
colens. ut deorando dō ad te aliquid scriberem. ubi tribuente
ipso quē oramus tempus facultasq; concessa est. Oportuit ut
debitū meū iā iāq; psoluerem. & pio studio tuo in xpī caritate
seruirem. Quāme autem laetificauerit ipsa petitio tua. in qua
cognoui quantam rei tantę curam geras. uerbis explicare non
possum. Quod enim maius oportuit eē negotium uiduitatis
tuae. quam persistere in orationibus nocte ac die secundum
apli ammonitionem; ille quippe ait. Quae autem uere uidua ē
& desolata sperabit in dnō. & persistit in orationibus nocte
ac die. Vnde nimirum uideri potest. cum sis secundum hoc
saeculum nobilis. tantaeq; familiae mater. & ideo lic & uidua
non tamen desolata. quomodo occupauerit cor tuū precipu
eq; sibi uindicauerit orandi cura. nisi quia prudenter intel
legis. quod in hoc mundo & in hac uita nulla anima possit eē
securior. Proinde qui tibi eam cogitationem dedit. profecto
facit quod dis cipulis suis. non pro se ipsis. sed pro humano genere
contristatis. & desperantibus quemquam posse saluari.
Postea quam ab illo audierunt facilius esse camelum intrare
per foramen acus. quam diuitem in regnum caelorum. Mirifi
ca & misericordissima pollicitatione respondit. dō eē facile
quod hominib; impossibile est. Cui ergo facile est ut & iam diues

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_211/0220